



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

2 de distinctione artium Magicaru[m], & Maleficiorum: & Maleficia per
pharmaca fieri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

dici possent. Verius tamen est, magos hos, & reliquos rerum mirabilium iactatores dictos fuisse ab usurpato nimium arroganter sapientum nomine, vt eo specioso homines rudes fallerent, & sacrilegam mentem, & artes sceleratas dolose tegerent. ¶ Na vt Cælius scribit, lib. 5. c. 42. vox magus quidem Scythis ædificatorem sonat. Peritis sapientem: Græcis vero diuinatum rerum interpretem, exactissime speculantem. Et, vt Plinius ait, lib. 30. cap. 1. is magus olim, qui eruditionem rerum abditam philosophiæ vtriusque moralis & naturæ callebat, medicinam & mathematicas, in theologia eximie eruditus. Itaque magia, consummata philosophia circa diuinam & humana, potissimam cognitio de Deo & immortalitate animæ: vt & constat ex magia Zoroastri, quæ nunc excusa est. Notat & L. Apuleius, in apologia. 1. quam pro se edidit. dum ait Magos Peritis esse idem quod nobis sacerdotibus: & magiam esse, & deo præcipue, cultum que Dei. Quod mutuatum est ex Alcibiade primo Platonis. Subscribitque diuus Chryostomus, como 2. oper. Homil. 2. in 2. ca. Matthæi. Sic Strabo, in 1. Geogr. scribit sacerdotes Ægyptios, Chaldaeos, & Magos, aliqua sapientia ceteros excellentes, principatum & honorem apud maiores neolitros comparasse. Et rursus, ¶ li. 15. de Persia sermonem faciens, iuxta portas Caspias esse nationes Achemenidarum ait, & magos qui honestum quoddam genus viuendi sectantur. Philo quoque ludæus, lib. de spectia legi. veram magiam, porphætinam scientiam dixit, per quam naturæ opera cernuntur clarius, eamque vt honestam expetendam: & ex hac corrupta malas prodidisse artes circulatorum, ariolorum, & simillium. Sic Diogenes Laertius Peritarum Philosophos, magos dictos fuisse, eamque magiam a veritatis artibus separatam, in proemio, tradit. Efficit tamen tandem hominum pessimorum impossitura, vt scientia, quæ saluberrimis & præstantissimis constabat initiis, in odium & opprobrium cõuerfa fuerit, & magi ac Chaldæi nomen exorsum fuerit, & damnata, conspurcata impiis cæremoniis & maleficiis: vt ex singulis legibus titulis de maleficiis liquet. ¶ Et non tantum huius facta, sed & libri improbi flammis adiudicati. l. 1. de episc. au. c. 1. C. in u. l. p. in l. cetera, famul. er. c. 1. Quem admodum impiorum a liorum dogmarum libri, & monumenta Valcano destinantur, l. damnato. §. 1. & l. quicunque, §. nulli, & §. seg. de her. c. C. Et eo pacto quod honori philosophis & sapientibus erat, nunc vituperio est & damno, vt nemo sanæ mentis se magum audeat dicere. Nomina quippe cum vulgi & hominum opinione & vsu, vt ait Horatius, in Arte, intelliguntur, & ex consuetudine regionis, communive, non singulorum opinione, teste Celfo ex Seruii Iulii cons. l. sententia, l. Labæo, 7. de sup. leg. a. lib. 3. p. ¶ Quamobrem magi malefici intelliguntur: item & sortilegi dicti. Vocat namque & Plinius, lib. 28. cap. 4. sortilegia, omnes ii eadem sortium declinationes. Et hodie quoque, omnes ii eadem sortium declinatione sortiarum, & mulieres magæ, diuinatrices, strigis, lamæ, laræ, lemmures, sortiarum dicitur, in can. si per sortiarum, 33. q. 1. ¶ Dicuntur & Tholose, apudque Tætolages & Aquitanos, fatidiores, declinatio vocabulo a fatidicis, seu fatidicis, diuinis habitibus: vti vobis: vela fatidicis est, pernicie & malis quæ per mortem procurant. Si quidem fatum pro morte, & sine, & pernicie: vt fatales dies appellatio nunc vocantur, quibus perit causa apud Azorem, in summa, de tempo. appellat. apud Papiuanum, l. 3. de fund. instr. in P. fatale quod per mortem esse definit, reliqua omittit. Itaque fatidiores dici puto, quod mortem seu fatum maleficis artibus, animalibus, hominibus, aliisque rebus inferant, vel inferre nitantur.

De distinctione artium Magicarum & Maleficiorum: & maleficia Pharmaca fieri.

Cap. 2.

- 1 Magica artes omnes pœna digna.
- 2 Magica artis summa capita: & quibus rebus noceant magi.
- 3 Venefici magi, qui venenis viuuntur. Et 4. Et de Circis metamorphosi. Et Lycanthropia.
- 5 Pharmaceutria quid. Et fascinandi varii impii quidam modi.

¶ Vdex, qui ¶ sententiam dicitur esse de maleficiis & magicis, distinctione vti debet, quamuis enim magicæ artes omnes animaduersione dignæ sint, l. eorum. 4. de malefic. Cod. nihilominus quedam maiori implicentur scelere, & quæ atrociora habeant in se crimina, & pœnas exigunt maiores. Proinde quod ad forensam considerationem pertinet, summam explicabimus, quæ di-

gna sunt obseruatione, pro criminis magici notitia, & pro vindictæ temperamento.

¶ Atque notandum puto, magorum & maleficiorum artes 2 seu scelera, interdum pharmacis seu venenis vti, additis incantationibus, aliisque medijs nocere. Et rursus, aliquando in his pactum cum demone expresse initum, fide sacrosancta catholica eiurata: interdum tacitum.

¶ Primum caput ex Iustiniano probatur, qui, in §. item lex 3 Cornelia, vers. eadem lege, de pub. iud. lib. 4. Insti. iur. civil. veneficium suffritis magicis maritat. Eadem, inquit, lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis quam suffritis homines occidunt. Id ipsum Plato facit, lib. 12. de legib. dum agit de pœnis vtriusque. Narrat Homerus, Odyssea. 2. Circe venenis, edulis, & potionibus mixtis, socios Vlyssis in varias ferarum formas mutasse. Quod & sequitur Plutarchus, in Gallo, qui tamen philosophice ad mores metamorphosim tradidit. Et ne patemus hæc omnino fabulosa esse, quæ in transformationum libris 4. Ouidii recentur, perhibet D. Augustinus, in 18. de ciuitate Dei, cap. 18. in Italia se audiuisse esse mulieres quædam veneficas, artis vique adeo istius imbutas, quæ dato calce statim homines conuerterent in iumenta, quæ necessaria portarent: & hos finito opere iterum in homines restituerent. Quod & refert Agrippa, lib. 1. de ocul. Philo. cap. 41. Referuntur & alia in iure, ca. nec virum, 26. q. 2. Mirum quidem illud, quod accedit propemodum ad fabulas, de asino Luciani & Apulei, magnaque in illis vis veneni & pharmaci, quæ possit, si remaneat forma humana, mentem fascinare, & oculos spectantium aliorum perstringere & decipere. Nec ignoro tamen hæc Metamorphoses & Lycanthropiam Arcadum, Plinium irrifisse, l. 8. ca. 16. Accedat his Virgilius, qui canit,

Ecloga 9.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena

ipse dedit Mæris, nascuntur plurima Ponto.

His ego sepe lupum fieri, & se condere siliis

Mærim, sepe animas imis excire sepulchris,

Atque iutas alio vidi vt aducere menses.

Sed de metamorphosi & postea. ¶ Interim prosequor, magos, 4 sagas, & sortilegos vti & venenis in Magia, aliisque propriis sceleribus. Quod & Lucanus in venefica Thessala exprimit.

Huc quicquid fætu genuit natura sinistro

Miscetur non spuma canum, quibus vnda timori est,

Viscera non Lyncis, non dura nodus Hyene

Desunt, & cerui passi serpente medulla,

Non puppim retinens Euro tendente rudentes,

In medijs & cheneus aquis, oculisque draconum.

Et Virgilius, Eclog. 8.

Esset aquam, & molli cinge hæc altaria vitæ,

Coniugis vt magicis sanos auertere sacris

Experiat sensus, nihil hic nisi carmina desunt.

Multa ad hæc addit ex Horatio, in Epod. Ode. 5. in Claudiæ venefici, & Ode. si. & Satyr. 8. primi sermo. Apollonius quoque Rhodius, 3. Argonautis pluribus memorat, Medæam ab Hecate doctam miscere pharmaca omnia, quibus vel in mensis ignis sopiretur flamma, fluiui impetu fluentis sifteretur vnda astrorum & Lunæ impedirentur viæ. Huc pertinent collyria, vnguenta, potiones, philtæ, suspensiones, suffitus, & reliqua similia, quibus vtuntur, vel ad miracula inficis & ignorantibus edenda, cum tamen naturalia sint, vel ad demonum præstigia, quæ his non indigent, faciunda. Pari modo & physica in ostentationem transferentes, vel in perniciem, vel ad superstitionem, aut ad impietatem. Sic ex medicis herbis, veneficia facta: ex vitibus rerum abditis, sortilegia, & vana quedam supra fidem conficta, vt docet Plinius, l. 26. cap. 4. dum de magicis agit herbis.

¶ Et ideo hanc magicæ speciem dicit Suidas Pharmaceutriam, quam nos veneficam & sagam dicere possumus, quæ etiam imitatur Iatrolepticem, de qua Celsus, in prologo, in quantum vnguentis vitur. Nam sæpe constitit sagas & veneficas, puerulos, & pupos, & dormientes vnguentis illitos necasse. Quia virus & venenum oleis, vnguentis, liquoribus, succisve exceptum admouet corporibus & cuti, & ad carnem ossaque penetrat, inde ad viscera & interiora vitalia membra permeat, & medullas: hæcque aliquando papillas mammarum inungunt, porriguntque sugentibus, & ita toxicum exhibent, vel oculis venena vel halitum grauem spirant, inunctis infantis collyriis oculis, vel permansis quibusdam, quæ odoris sunt inficentis: vel aliis similibus adhibitis, infectisque tunicis, vestibus, liminibus, parietibus, candelis, ser-

tis, chirothecis, stropholis, aliisque veneno aliquo contagione laedente vel occidente. Et in summa varic adhibent pharmaca, vel intra corpus ingerentes, vel circa corpus, inficiunt, & conspurcant elementata, aerem, ignem, & similia, quae tacenda potius, quam euulganda.

De Diuinatione. Cap. 3.

- 1 Artes magicae cur artes dicantur.
- 2 Magicae artes duplices, vel diuinatrices, vel mirabilia & scelerum effectrices.
- 3 Diuinus quis.
- 4 Diuinationis duae causae, ars & furor.
- 5 Diuinandi variae species. Et 6. & 7.
- 7 Auguriorum & auspiciorum species. Collegium, & vnde auguria sumebantur. Et 8.
- 9 Arioli qui, & prohibitio eorum. Fanatici qui, & vaticinari quid.
- 10 Oracula Dodonea, Triphonia, tripodis, &c.
- 11 Diuinationis umbilicomantia quae, & gallinarum, vesicae, extorum cum similibus. num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.
- 19 Sortilegia per literas verita. Et de sortibus Virgilianis, Musae, & alius, nu. 20. 21.
- 22 Sortilegi Delphici sacerdotes.
- 23 Sortilegia mulieres Germanae.
- 24 Omnia bona & mala vnde capta. Et Calendarum Ianuarii ominationes.

Magicaeque veritatis vanitates, artes dici possunt, cum ratione quorundam preceptorum & regularum, quibus impietas vitur, tum etiam propter fraudes & dolos, qui artes dicuntur in iure, ut in l. de suffra. C. ubi si artibus moram neclant. Et in l. omnes, de praescri. 30. vel 40. ubi, omnes nocendi artes amputantes. Et in c. quicunq; 22. que s. ubi, quacunque arte verborum quis iuret Deus non decipitur. Et antiqui *δολοποι*, instructum duodecim artibus, versutum, versipellem, & dolosum valde dicebant.

¶ Porro istarum artium & fraudum duo sunt summaria capita iurisconsultis pendenda: v. t. alia sint diuinatrices, alia mirabilia & scelerum effectrices. Diuinatrices versantur in curiositate, superstitiosa, & impia indagatione praeteritorum, absentium, & futurorum. De diuinatricis prohibitione, & de non diuinatricis iura nota sunt, l. si excepta, & l. nemo aruspiciu, de malef. & math.

¶ In l. 4. & l. nulli magico, eo. ¶ Diuini dicitur sunt quasi Deo pleni, quippe quod diuinitatis se esse plenos simulent & mentiantur, dum astuta coniectione vel cogitione naturali futura praedicunt.

¶ Duo genera diuinationis, ars & furor. Sic enim meminit D. Augustinus, l. de natu. Demo. in c. igitur genus, 26. q. 4. Et ita Plato, in Phaedro, duas species diuinationis facit, *μαρτυρία* & *δαιμονισμός*. Martius, vnde dicit vocem profaxisse *μαρτυρία*, & interiecta litera T. *μαρτυρία*, & habet dicit cum afflatu demoniaci conceptam cum furore, vim fatidicam & diuinam. *δαιμονισμός* artem ex legibus seu regulis certis, & signis aut physicis, aut aliis superstitione assumtis. ¶ Diuinatrices certe eo usque numero excreuerunt, vt vix res sit aliqua, ex qua diuinationem accipere vanitas & impietas non tetauerit: quae ad quatuor genera reduci possunt.

¶ Ad diuinam seu *πνευματική*, quae sancta est propheta ex sancto Spiritu. Et extra Dei ecclesiam mania seu pseudo propheta & fanatica, de qua postea. ¶ 2. Ad physicam, quae est ex vitibus & naturis rerum, & serie ordine & causis praefatio & declaratio, qualis aliquando ex physionomia colligitur, ex astrologia, & similibus. ¶ 3. Ad Diabolicam, quae per demonum ministerium & inuocatione & impietate fit. ¶ 4. Ad communem, cum his omnibus postremis. Nos de improbatu hic tantum agere decreuimus, omnia sacrosanctae prophetae & mirabilia Dei inquisitione. Sed nec de improbis omnia dicemus, quae nonimus, ne moueamus caritatem, sed pauca, quae ad poenam constituendam pertineant, aperiemus summam, nec alia ratione, quam vt iudices breui elencho norint omnes impostorum blasphemias artes, neve quod speciem interdum religionis praefert, alioquin tamen impium, impenitum relinquunt. Artium autem harum aliquas Lilius Gregorius Giraldu, l. de diis seu idolis gentium, synag. 7. dum agit de Apolline, aliquas Veneris, l. de praestig. Damon. cap. 1. & 12. alias Barthol. Cocles, in anastasi physionomia alias tradunt Rabin, in commenta. ad praecip. affirmati. 36. & 52. & Paulus Ibra-

elita quoque, in d. praepro. & Franciscus Venetus, tom. 2. proble. sacra script. problema. 275. 276. 277. & 286. De vndecim speciebus meminit ius diuinationis in cap. illud. 26. q. 2. & seq. & in c. igitur, & can. seq. 26. q. 3. Erant inter species vanitatis diuinationis huius quae sequuntur.

λεγομαντία, *λεκανομαντία*, ex pelui & aqua immissa, vbi nequam consulebatur demon.

γαστρομαντία, *γαστρομαντία*, per quam non vocibus, sed figuris respondebatur.

κατοπτρομαντία, *κατοπτρομαντία*, diuinatione ex speculis nitidissimis.

κρυσταλλομαντία, *κρυσταλλομαντία*, vaticinium ex polito crystallo.

δακτυλομαντία, *δακτυλομαντία*, per annulos ad certas constellationes fabricatos.

υδρομαντία, *υδρομαντία*, ex annuli & tibi in Cyatho aquae factis: sed & aliam hydromantiam damnant iura, ca. nec mirum, 26. q. 5. quae fit per aquam, in quam aduocantur & consuluntur umbrae demonum, & sicut imaginum ludificationes.

ονυχομαντία, *ονυχομαντία*, ex vngue pueri impolluti.

κοσμομαντία, *κοσμομαντία*, diuinatione per cribrum.

αξονομαντία, *αξονομαντία*, diuinatione per secures.

γαστρομαντία, *γαστρομαντία*, per spiritum pythonicum ex utero respondentem.

κεφαλομαντία, *κεφαλομαντία*, per caput asini afflatum super pyram.

κλερομαντία, *κλερομαντία*, per sortes fortunae Praeestinas, de quibus & Valer. Maxim. in l. c. 4.

ονιρομαντία, *ονιρομαντία*, per insomnia diuinatione.

βοτανομαντία, *βοτανομαντία*, ex herbis diuinatione.

νεκρομαντία, *νεκρομαντία*, per manes & defunctos elicitos, vt credebant.

νεκρομαντία, *νεκρομαντία*, ex cadaveribus.

σκοινομαντία, *σκοινομαντία*, ex vmbis.

αβραγαλομαντία, *αβραγαλομαντία*, ex actu astragalorum.

γεομαντία, *γεομαντία*, ex proiectione punctorum, & linearum.

αβρονομία, *αβρονομία*, per astrorum iudicia: vnde genethliaci, cap. illud, 26. q. 2.

ψυχογνωμία, *ψυχογνωμία*, ex facie inspecta.

χρυσομαντία, *χρυσομαντία*, ex inspectione linearum manuum.

χρυσομαντία, *χρυσομαντία*, quae fiebat per eneam phialam, plenam vino in minuta pocula transfuso ab alto: vnde captabant amant diuinationem, de qua Cael. Rhodigi. l. 15. c. 5.

πυρομαντία, *πυρομαντία*, cum cere pila, igne incensa. Erat iuxta Ismenum flumini Thebarum Apollinis Aedes, vbi immolatis hostiis & impositis in ignem, sacerdotes vaticinabantur: de quo meminit Sophocles in Oedipo Tyranno 161. *εἰς ἰοίριον τὴν μαρτυρία σπασθῆναι*, &c.

σπατομαντία, *σπατομαντία*, per os hirci recenter occisi.

σπλανχνοσκοπία, *σπλανχνοσκοπία*, vt haruspicina, haruspicum diuinatione, per ex torum inspectionem: ab haruga seu Hostia, vel ab ara demta litera H. diuinatione dicta. Prohibita nominatim, in l. 2. de paga. C. & in l. nullus. C. de malef. & mathemat. Non ignoramus tamen probatam antiquis paganis, & Cicero, 3. de diuinat. notasse, reipub. causa, communisque religionis esse colendam.

¶ Erat & *δαιμονομαντία*, auspiciu augurum, ex vitibus sumtae diuinationes: hae dictae Praepetes, si ex volatu colligerentur: si ex cantu & ore, Oescines, vt auctor Varro, 5. de ling. Lat. Quibus & accedebat ex pastu diuinatione, pullis gallinaceis ex cauea eductis.

Cuius uacitatis apud Ethnicos Romanos erant collegia, nempe augurum: neque quicquam publice aut priuatim fiebat, magnum aut paruum, inconsultis auguribus, vt ait Dio Cassius, lib. 37. & Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Eratque lex 12. tabul. *Omnium magistratum auspiciu iudiciumque esto*. Exstant & plura exempla de omnibus, & de auguriis apud Valer. Maximum, idem lib. 1. cap. 4. & 5. & de inuentione eorum tractat Polydo.

Vergil. lib. 1. de inuento. rer. cap. 22. 23. 24. Et Plinius, lib. 7. cap. 56. & lib. 8. cap. 28. Romae augurum collegium maxime solemne tradit.

¶ Erat adeo frequens auguriorum captatio, vt principia ipsa rerum auspicia dicta sint, vt in l. fin. de interd. Cod. & alibi apud probos linguae latinae auctores. Sed & auguria non tantum ex animi garritu, infessu, saltu, vel volatu, verum etiam ex oculis capiebantur, vt ait Plinius, lib. 10. cap. 55. & ex piscibus apud eundem, lib. 9. cap. 16. ex muribus, & vulpe, lib. 8. cap. 28. & aliis.

¶ Arioli quibusdam dicuntur & harioli quasi farioli, a fando vel ere praedicendo, *ἡρημαντιοί* alii dicunt vates, diuinationem